



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorum Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Vtannunciem omnes laudes tuas in portis filiæ Zion, exultabo in salutari  
tuo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37005**

suam afflictionem per misericordiam dei, recenset priora dei mirabilia, quod etiam a portis mortis eam exaltarit.

*Pauli graua-  
mins.*

Exemplum autem huius uersus pro mea ruditate, pulchrum exhibuit Apostolus Paulus, in tribulationibus quibus grauabatur in Asia, scribens. ij. Cor. quoniam supra modum grauati sumus supra uirtutem, ita, ut tederet nos etiam uiuere, sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, ut non simus confidentes in nobis, sed in deo, qui suscitauit mortuos, qui de tantis periculis eripuit, & eruit, in quem speramus, quoniam adhuc eripiet, adiuuabit uobis in oratione pro nobis. Itaque arguit a maiori tam Apostolus quam Propheta. Si (inquit) a portis mortis exaltasti antea, etiam nunc cum molesti mihi sunt offores mei, & in afflictione mea, miserere mei. Facile fidelis est & sperat in minori malo, qui in maxime expertus est spei fructum.

*Portas mortis  
quid intelligas.*

Hanc portam mortis, grauissimam esse persecutionem credo, quam Apostolus responsum mortis in seipso uidetur appellare. Scio quidem in scripturis portas solere accipi pro curijs, aut consistorijs, ubi iudicium accipiebatur, ut uerba sequente uidebimus: Alios autem tropologiam secutos, per portas mortis intelligere uitia seu peccata, quibus peruenitur ad mortem. At simplici sensu contenti, mortem istam corporalem (ut dixi) accipiemus, & portam, ingressum eiusdem, ut sit porta mortis, introitus mortis, seu mors instans & uergens. Quae & si parui momenti sit ad mortem aeternam, tamen nisi uictrice gratia dei superetur prorsus nihil differt ab aeterna morte, immo est uere initiu aeternae mortis: Alioquin uix dormitio uocatur & somnus, seu requies sanctorum. Quare Epitaphin obseruemus in porta mortis, ut intelligamus, Apostolum & sanctos Martyres cum morte sic pugnasse, ut senserint quendam gustum aeternae mortis: Quem & Christus Matt. xvj. per portas inferi significasse uidetur. Nisi enim atrocius aliquid sensibili morte indicaret, non tam ardentibus & potentibus uerbis uteretur, dicens de portis mortis,

*Vt annunciem omnes laudes tuas in portis filiae Zion, exultabo in salutaris tuo.*

Sic enim hebraeus uersus finit. Et quod hic annunciem, supra uersu primo dixit: Narrabo, idem utrobique uerbum. Potuit autem & sic transferre: Propterea enarrabo omnes laudes tuas. Omnes laudes dicit, eodem tropo, quo supra omnia mirabilia dixit. Affectus autem iste, psalmo. v. tractatus est, ubi dictum est, quomodo gloriantur in domino, qui diligunt nomen eius: delectantur enim eius laudem annunciare & praedicare: Ideo petunt adiuuari & sustinent uiriliter dominum futurum adiutorem, qui nisi ueniret, laus quoque eius peritura periret. Sicut psalmo. vj. dictum est: Quoniam non est in morte, qui memor sit tui. Ita & hic dicit, se exaltatum a portis mortis, ut laudes eius enaret, & exultet in salutaris eius.

Vnde uidemus hunc psalmum in persona totius Almath cantari. Martyres enim occisi, non enarrant laudem dei in Ecclesia militante, sed reliqui, qui data pace, aut uictis impijs, supersunt, aut succedunt: Cum ideo narrentur laudes eius, ut nota fiant opera dei & nomen eius cognoscatur in consolationem & spem fidelium, atque in conuersionem infidelium. In caelo enim, ubi omnes uident gloriam dei, non indigent praedicante: In terra autem, ubi gloria dei nullo modo

modo capitur, dum sub tā aduersa forma operatur, ut magis oblitus, q̄ memor esse uideatur, opus est saltem uerbo eam commendari & fide intelligi.

Hic portas filiz Zion, hebreo tropo, significare loca, in quibus fideles conueniunt ad uerbum dei, ad orationem, ad sacramentum, ad p̄nitentiam, & ad uel ligandos, uel soluendos peccatores, satis clarum puto. In portis enim, olim sedebant iudicaturi, ut p̄uereb; xxx. Nobilis in portis uir eius, quando federit cum Senatoribus terrz. Nec absurdum uidetur, iuxta synecdochen cui tates intelligi, per portas in lege Mosis, quando Deutr; xvij. & similibus locis, dicit: Si fuerit repertus intra unam portarum tuarum uir, aut mulier &c. Quo nomine ciuitates credo appellatas, ob mysterium Ecclesiarum futurarum, in quibus introitus & exitus, tum patens, tum tutus est. Exitus inq̄ ad bella & labores, introitus ad pacem & quietem. In his portis utiq̄ laudes dei annun-

Porte filie Zion.

ciantur, sicut uidimus & uideamus. Filia Zion dicit, ut supra, q̄ Ecclesia in monte isto cœperit & inde promotur, ut in omnem terram. Et forte non sine causa adiecit filia, non contentus, in portis Zion, dicere, q̄ p̄uiderit, Zion & Hierusalem uastandas. Nihilominus Ecclesia per orbem, quz filia illius est, habet suas portas, in quibus p̄dicatur laus & gloria dei in salutem gētium, & agitur iudicium ad mortificandum peccatum ueteris hominis, ut dictum est.

Filie Zion.

Exultabo in salutari tuo. Frequens est uocabulum, Salutare tuum, in sacris literis & fere ad Christum refertur, recte quidem, sed non satis aperte. Aliud enim sonat saluator, aliud salus, aliud salutare. Salutare enim, latinis id dicitur, quo usus saluator salutem confert, sicut cibum, potum, medicinam, & similia dicimus salutaria. Quz cum ita sint, Christus aptissime salutare uocatur, cum ipse sit remedium illud, quo nos saluamur. Ipse est panis, qui dat uitam mōdo: Et omnino idem medicus & medicamentum, quo sanantur peccata animarum, quo & liberamur ab omni malo. Est itaq̄ sensus: Ego salutē, neq̄ in me, neq̄ ullis hominibus quaero, uana enim salus hominis, libens, a me, & ab illis destitutor, ut liceat mihi in Christo filio tuo saluum fieri ab oībus peccatis & malis: Ipse enim est saluberrimum unguētum, ipse consolatio nostra, seu, ut Apostolus, j. Cor. j. Ipse iusticia, sanctificatio, sapientia, redemptio nostra a deo nobis factus. Quibus uerbis optime energiam huius noī salutare, & usum Christi, & incorporationem nostri in Christum exposuit. Modo uites somniores Sophistz de obiectum, uel causam iusticię nostrę statuāt, usum uero eius, qui est per fidem in eum, penitus ignorātes. De quo solo loquitur Paulus: Fides enim in Christum, facit eū in me uiuere & moueri & agere, non secus atq̄ salutare unguentum in x̄grum corpus agit, efficiturq̄ cum Christo una caro & unum corpus per intimam & ineffabilem trāsmutationem peccati nostri in illius iusticiam, sicut nobis representat venerabile altaris sacramentum, ubi panis & uinum in Christi carnem & sanguinem transformantur.

Saluator, Salutare, Salus, differunt.

Sophistz de Christo male instituti.

Venerabile sacramentum altaris.

Hęc qui nouerit & expertus fuerit, mox fastidit saluari ab hominibus, libenter damnatur ab illis, exultat in solo dei salutari, gaudēs & gratias agens, se talem esse, cui Christus sit salutaris, donec plene saluus factus, similis sit ei qui se saluum fecit suo ipsius impēdio. Ita uerbum, salutare, quia usum & uim salutis includit, aptius conuenit militanti Ecclesiz q̄ salus, quz potius futuri seculi res consummata erit. Interim Christus fermentum est, absconditum in satis tribus farinaz, donec fermentetur totū, hoc enim agit, hoc iudiciū eius est.

T iij hic est

hic est thronus eius in hoc tempore (ut diximus) quod expurgat peccatum in verbis suis & imbuat iusticia per seipsum, Sicut hebr. j. dicit: Portans omnem dextram maiestatis in excelsis.

Et pulchre, licet paulo obscurius, hic uersus sacrificium altaris, id est, missam uideatur tractare. Hoc enim agi debet in missa: Primū, ut enarrantur laudes dei (id est, Euangelium) in quo mirabilia studia, opera, beneficia dei prædicantur, id est, in portis filiæ Zion, id est, in conuentibus fidelium. Deinde, ut fermententur populi salutari fermento, id est, imbuantur & reficiantur Christo, ut exultare discant in salutare dei. Est enim mensa ista, mensa conuiuij magni & iucundi, e qua uesci debemus cum læticia. Verum hoc illis conuenit, qui tribulationem & humilitatem ex inimicis patiuntur, sicut præcedente uersu dicitur. Cum autem & alijs locis omnibus scripturæ, istud sacrificium, in, & pro conuentu multitudinis celebrari statuatur; Ego sapius passus sum & adhuc patior miras cogitationes quidnam de singularibus & priuatis missis sentiendum sit: In quibus prorsus id non agitur, ad quod institutum est hoc mysterium, neque prædicatur ibi, nec communicatur, nisi id laudes dei enarrasse dixeris, quod est Euangelium ab uno legi & audiri, rarissimeque intelligi, & id communicari putes, quod est unum solitarium hominem (qui communitas dici non potest) sacramento isto uti. Nam illos euidenter errare pronuncio, qui in hoc tantum celebrant, ut opus bonum aliquod faciant, quasi hoc mysterium ad faciendum opus bonum institutum sit, ac non multo maxime & solum, ad usum iusticiæ Christi, & uim saluatoris dei exercendam, sicut canimus: Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Non quod damnem missas priuatas, quas etiam, tum noui, tum expertus sum multis fuisse saluberrimas, non tamen nisi magnis tentationibus, uexatis, sed quod usum earum, qui passim regnat, uix paucis credo salutarem esse.

Infixæ sunt gentes in interitu quem fecerunt: In laqueo isto quem absconderunt comprehensus est pes eorum.

Pro infixæ sunt, Hieronymus habet: Demersæ sunt, quod pulchre conueniret, si pro interitu, foueam quoque reddere uellemus, significat enim eadem dictio interitum, foueam & laqueum, forte quod fouea & laqueo pereant homines. Atque iterum tropus ille, cuius psalmo, vij, meminimus, hoc loco ponitur, ubi omisso pronomine, quem, hebræus simpliciter dicit: In interitu fecerunt, sicut incidit in foueam, fecit. Denique eadem dictio que illic, fouea, hic interitus, uersa est. Estque per omnia fere similis cum illo uersus & similis sententia, ut appareat uice Prouerbij hanc sententiam fuisse uulgo notissimam, que illo, & hoc uersu traditur. Nam, & quod hic dicitur: In laqueo isto, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum, distat in uerbis & nihil in sententia, ab eo quod illic dicitur: Conuertetur dolor eius in caput eius, & in uerticem ipsius, iniquitas eius descendet. Sensus autem, apertus est: Quod impij demerguntur dupli- citer, impij, martyrum persecutores, dupliciter demerguntur, aliqui suauiter, aliqui seueriter, seueritatis exemplum, psalmo, vij, monstratum est in Absalom, qui in foueam cecidit, quam patri suo parauit. Quod contigit & Iudæis uastata Hierusalem, cum ipsi parassent uastare Ecclesiam. Sicut & Roma hoc merito uastata est. Idem necesse est tandem pati omnes, piorum persecutores, & si ad